

Leonis¹¹³ et in canonibus, qui dicuntur apostolorum¹¹⁴, sicut et in lege ipse dominus precepit¹¹⁵: Omnino omnibus interdictum est ad usuram aliquid dare.

20 Et item in eisdem capitulis scriptum est¹¹⁶: Usura est, ubi amplius requiritur quam datur; verbi gratia si dederis solidos X et amplius requisieris vel si dederis modium vini, frumenti et iterum super aliud exigeris.

Et item¹¹⁷: Turpe lucrum exercent, qui per varias circumventiones lucrando causa inhoneste res quaslibet^f congregare decertant.

25 Item¹¹⁸: Fenus est, qui aliquid prestat. Iustum^g fenus est, qui amplius non requirit, nisi quantum prestitit. Quicumque¹¹⁹ tempore messis vel tempore vindemię non necessitate, sed propter cupiditatem comparat^h annonam aut vinum, verbi gratia de duobusⁱ denariis comparat modium et servat usque dum venundari possit contra denarios IIII aut VI seu ampli-
30 us, hoc turpe lucrum dicimus. Si hoc propter necessitatem comparat, ut sibi habeat et aliis tribuat, negotium dicimus.

Quapropter vos confratres et comministri nostri, qui per mandatum domni nostri regis Karoli Laudunum venistis, relegite exemplar litterarum illius, quas mihi transmisit quasque vobis transscriptas dirigimus clericis et laicis Laudunensis ecclesię et interdicitis illis ex banno domni regis,
35 ut contra hæc capitula non faciant; et constituite missos ex laico ordine auctoritate domni regis, qui providentiam inde habeant per comitatem^j Laudinensem; ut si quis laicus contra hoc bannum fecerit tempore messis vel tempore vindemię, bannum domni nostri regis componat. Et ipsi missi
40 per brevem domno nostro regi renuntient. Et post compositionem banni illius, dumnus rex decernat, quid contemptor capitulorum antecessorum suorum et banni illius debeat sustinere. Si autem presbiteri vel cuiuscumque ordinis clerici contra hunc bannum per se aut per suos subditos vel

c) paternitas paternitas *Cod.* d) seu et] sevit *Cod.* e) discretis *Cod.* f) quaslibet *Cod.* g) Istum *Cod.* h) comporat *Cod.* i) duobus] ducibus *Cod.* j) comitatum *Cod.*

¹¹³) Siehe oben S. 545 Anm. 82.

¹¹⁴) Siehe oben S. 545 Anm. 79.

¹¹⁵) Siehe oben S. 544 Anm. 76.

¹¹⁶) Ansegis I, 119 (MGH Capit. 1 S. 410, 35–37).

¹¹⁷) Ansegis I, 123 (ebd. S. 410, 46f.).

¹¹⁸) Ansegis I, 124 (ebd. S. 410, 48f.).

¹¹⁹) Ansegis I, 125 (ebd. S. 411, 1–6).